Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXX

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

tebat Ex lapide precioſo et auro mundo
omnes platee eius ſternentur et per uicos
eius alleluia cantabitur hec beda Reſur-
ge nunc anima mea cum xpo de ſudario peccati
ſepulchro reſpira iam in ſpem reſurrectionis et ui-
te perhennis pro amore dei moriamur in
preſenti uita ut poſt reſurrectionem uiuamus in futuro
Quia ſi pro amore xpi nunc mortuum cor-
pus portamus tunc in letabundo gaudio
cum ipſo conregnabimus Sit ergo cure nobis
ineſſe feſtis hominum ut mereamur etiam ineſſe
feſtis angelorum Unde greg. Ecce paſcha-
lia ſollempnia agimus ſed ita uiuendi eſt
nobis ut peruenire ad eterna feſta mereamur
Tranſeunt cuncta que temporaliter feſtiue
celebrantur Curate qui hiis ſollempnitati-
bus ineſtis ne ab eterna ſollempnitate
ſeparemini Quid prodeſt ineſſe feſtis
hominum ſi deeſſe contingat feſtis angelorum
Umbra uenture ſollempnitatis eſt ſollep-
nitas preſens Ideirco hanc annue agimus
ut ad illam que non eſt annua perducamur
Cum hoc ſtatuto tempore geritur ad illius
deſiderium memoria noſtra refricatur frequen-
tacione ergo gaudii temporalis ad eterna gau-
dia mens incaleſcat ac ferueat ut ex
veritate leticia perfruatur in patria quod
de umbra gaudii meditatur in via hec gre-
gorius Chriſtus reſurrectionem ſuam per ſampſone
fortiſſimum olim figurauit qui ciuitatem
inimicorum ſuorum introiuit et ibidem
nocte dormiuit Et cum inimici portas ci-
uitatis cuſtodirent ut ipſum mane compre-
henderent et occiderent ipſe media nocte ſur-
rexit et portam ciuitatis ſecum detulit
Sic xpc urbem hoſtium ſuorum hoc eſt in-
ferni potenter intrauit et deſtructo me-
dia nocte ſurrexit xpc eciam per ionam
reſurrectionem ſuam prefigurauit quem in uentre
ceti per triduum uiuum conſeruauit et
poſt triduum cetus ipſum de ore in terram
uiuum emiſit. Fuit etiam reſurrectio xpi figurata

per lapidem quem reprobauerunt edifica-
tes templum domini Qui cum ab eis propter
ineptitudinem abiectus eſſet tandem con-
ſummato templo cum lapis angularis
poni deberet qui in ſe duos parietes
compleret non eſt inuentus lapis ad
hoc aptus niſi ille qui ab edificantibus
erat reprobatus. xpc erat lapis reprobatus
in ſua paſſione et factus eſt etiam lapis
angularis in ſua reſurrectione Tunc adimpleta
eſt illa prophecia dauid. lapidem quem
reproba. etc. Et ideo ipſa cantatur in feſto
reſurrectionis. lapis iſte duos parietes in templo do-
mini coadunauit quia xpc de populo
gentili et iudaico unam eccleſiam edificauit.
In hoc edificio pro cemento uſus eſt ſuo
ſanguine et pro lapidibus ſuo ſacratiſſimo
corpore Oratio

Domine ihu xpe dilator uince qui
ruptis uinculis mortis glori-
ficaſti corpus tuum et in eam in-
effabili gloria ſurrexiſti precor et obſecro
te per tuam reſurrectionem floridam da michi
ut a uiciis et a morte anime reſurgens in
virtutibus ſemper floream et in nouita-
te vite ambulem ut que ſurſum ſunt
queram et ſapiam non que ſuper terram
Per tue claritatis uirtutem purga animam
meam a tenebris peccatorum et per eandem
virtutem die uniuerſalis reſurrectionis caro
mea reſurgat ad gloriam ut tecum
eternaliter in utroque gaudeam amen.

Quomodo dns ihus apparuit mulieribus

Eadem autem hora ſcilicet ſummo ma-
ne maria magdalene et ma-
ria iacobi minoris mater que
etiam maria ioſeph et quandoque
maria cleophe ſcilicet filia appellatur ſcilicet
mater que fuit fratris iacobi et unius de ſep-
tuaginta duobus diſcipulis et ab apoſtolis
cum mathia ſtatutus et maria ſalome
ſcilicet filia que etiam mater filiorum zebedei vo-

catur et cetere que cum eis erant licen-
cia prius petita a domina ceperunt ex de-
uotione et fide quam ad dnm habebant
ire cum vnguentis ad monumentum
ad inungendum corpus dominicum
Domina autem remansit domi uacans in-
terim lacrimis et oracionibus Et pulchre
hee mulieres vno censentur nomine
ut quibus vna erat uoluntas pariter
desiderium vnum esset uocabulum Est sci-
endum quod tres sunt status hominum sal-
uandorum quorum quilibet proprium et extra
hos nemo saluatur scilicet incipientium per-
ficientium et perfectorum siue penitentium
actiuorum et contemplatiuorum et hii
tres status signantur per tres marias que que-
rebant dnm christum ad triplicem nominis
marie interpretacionem Status penitentium
signatur in maria magdalena que famo-
sa peccatrix fuerat et penituit Et licet
alibi per ipsam accipiatur vita contempla-
tiua ut tamen marcus hic de ea loquitur di-
cens maria autem erat de qua eiecerat sep-
tem demonia sic inter penitentes re-
putatur Immo ipsa in eccl. principium peni-
tentium fuisse demonstratur Et secundum hoc bene
conuenit ei nomen maria prout interpretatur
mare amarum secundum ethymologiam lati-
nam uel secundum deriuationem hebraicam
a uocabulo mara quod latine est amara
Unde ruth Non uocetis me noemi i. pul-
chram sed uocate me mara i. amaram
quia amaritudine ualde repleuit me
dns Quod uerificabatur in maria
magdalena que ante pedes domini
lacrimis lauit maculas criminis Sic et
petrus penitens fleuit amare Unde
cuilibet anime uere penitenti dicitur
illud in Trenis Magna est uelud
mare contritio tua filia syon Status
uero proficientium et actiuorum signatur
in maria Jacobi que fuit mater iaco-

bi minoris Ad proficientes enim pertinet
supplantare vicia et luctari in exercitio
spirituali uirtutum Cui conuenit alia in-
terpretatio marie prout interpretatur dna
sp̄iriatē Quia enim proficere uolentes sunt
in continuo conflictu propter pronitatem ad
malum et difficultatem ad bonum necesse
est proficientes dominari passionibus
per rationem ne temptationibus ce-
dant ex qua lucta cum uidelicet ratio pre-
dominatur sensualitati generantur uirtutes
nam uirtus in infirmitate perficitur
Status autem perfectorum et contemplatiuorum
signatur in maria in salome que fuit mater
filiorum zebedei scilicet iacobi maioris et
Johannis Hec postulauit filiis suis regnum
Ergo perfecti et contemplati non occupan-
tur nisi circa regnum dei immo ipsi iam
habent regnum dei et hic pregustant quam-
modo regnum celorum Unde etiam salome in-
terpretatur pacificans nam in hac uita
nulla pax est homini nisi in actu contempla-
tionis Et huic consonat tercia interpre-
tacio nominis marie prout interpretatur
illuminata Unde ane contemplatiue dicitur
illud ysaye Surge illuminare iherusalem
quia uenit lumen tuum Quelibet
istarum mariarum habet sua aromata
seu vngenta Penitentium aromata sunt
dolor contritionis pudor confessionis
et labor satisfactionis Ex hiis conficitur
vngentum quo libenter vngitur dns
Conficitur autem hoc vngentum ex mirra
aloes et thure Per mirram que ualde
amara est significatur amaritudo con-
tritionis Per aloes quod etiam amarum
est et ualet contra retentionem menstru-
orum i. peccatorum significatur uerecundia
confessionis Per thus cuius odor cum
fumo ascendit signantur opera satisfac-
tionis que per rectam intentionem in deum
diriguntur Ergo ex hiis tribus non bene

conſtituitur vngentum niſi apponatur
oleum miſericordie diuine ſine qua om̄s
p̄nia eſt ineffic̄ax admodo aut hoc o-
leo optimū vnguentū efficitur Et tale
fuit vngentum marie magdalene que
om̄s partes p̄nie perfectiſſime implet
aſſiſtente ſibi m̄ia ſaluatoris ut patet
in ewangelio Ipa em̄ lacrimas copio-
ſe effudit ex amaritudine contritionis co-
niuiantes non erubuit ex pia inpruden-
cia coſoms pedes domini lacrimis la-
uit capillis terſit oſculabatur vnxit
et ſe totam xp̄i obſequio deuouit et
impendit et hoc ex immenſo affectu
ſatiſfactionis ¶ Proficientium aromata
ſunt paciencia humilitas et perſeuerācia
ſeu longanimitas ex quibus conſtituitur
vnguentum actiuorum Et hoc vngentū
mtrauit mirra et gutta et caſſia que
fluunt a ueſte uite xp̄i Mirra bona eſt
in omni vngento et ideo licet poſita in
vnguento penitencium conuenienter tamē
ponitur etiam in vnguento proficientiū
et ponetur etiam in vnguento perfectorū
Mirra em̄ arcet uermes ſic paciencia ar-
cet uermes qui mordere ſolent cor pacien-
tis ne contra iniuriantem dolore mordeat
Et hac paciencia maxime opus eſt p̄ficere
uolentibus in exercitio ſpūali quia ſm̄
greg virtutes inter preſſuras paſſionū
et puncturas temptationū creſcunt Per
guttam aut que et amoniaca dicitur ſignificat
humilitas quia gutta pellit os inflaturas
et tumores ſic humilitas curat cordiū duri-
cias Hac etiā opus eſt proficientibus q̄
ſcandum greg origo uirtutis eſt et ideo
illa in nobis uirtus ueraciter pollulat
que radice p̄pria i· in humilitate p̄durat a
qua ſi abſcinditur areſcit quia uiuificantem
ſe in intimis humorem perdit Per caſſiam
que et fiſtula dicitur ſignificat pſeuerācia
ſeu longanimitas ut videlicet quis i exercitio
ſpirituali non frangatur deſperatione aut
tedio nec ſtatuat ſibi terminū i pfcū nō
eſt ſtatus Caſſia em̄ in aquoſis locis naſ-
citur et creſcit in immenſum ſic bonus
p̄ficiens aquis diuinarū gratiarum fecun-
datus creſcit in immenſum de uirtute in
uirtutem et nuſq̄ ceſſat donec uideat deū
deorū in ſyon Ex et hec aromata nō bn̄
cōſtituitur ſi nō apponatur oleū letitie ut
uidelicet homo letitiam ſpūalem habeat
in bonis operibus ſuis et illam ponat in
corde atq; conſciencia ſua non i laudibus
hom̄ Et iſtud eſt vngentum marie ia-
cobi que habuit quatuor filios ſc Jacobū
qui interpretatur ſupplantans ſc paſſiones
per paciū ſymonem qui interpretatur
obediens per humilitatem Joſeph qui int̄-
pretatur augmentum uel appoſitio per
longanimitatem et iudam qui interpretatū
glorificans ſalicz deū per ſpūalem letitia
¶ Perfectorum uel contemplatiuorū
aromata ſunt carnis omīa mortificatio
deifica cōuerſatio et caritatis p̄fectio
ex quibus fit vnguentū ſuauiſſimi odo-
ris quod intrant mirra cynamomum
et balſamū Per mirram accipitur tota-
lis mortificatio carnis que conuenit per-
fectis Nam penitentibus conueniebat
mirra mortificans pc̄ta per amaritu-
dinem contricionis proficientibus con-
ueniebat mirra mortificans paſſiones
vermem ſcz remordentem contra tolle-
rantiā paſſionū ſz perfectis conuenit
mirra mortificans carnem a petulātia
rebellionis ne uidelicet caro in aliquo
rebellet ſpiritui Et hec eſt mirra elec-
ta p̄ma et probatiſſima de qua dicitur
in Cant· manus mee diſtillauerunt
mirram et digiti mei pleni ſunt mirra
probatiſſima Manus em̄ i· opa peni-
tenciū et actiuorum diſtillant quidem
mirrā ut dictum eſt ſz digiti i· ſubtiles

et spuales exercitationes cotemplatio-
vum sunt plene mirra probatissima
Probata quippe est mirra penitentu
probatior proficientiu s probatissia
est conteplatiuorum et perfectorum
Per cynamomu accipitur deifica con-
uersatio Cynamomu em contos cu fra-
gitur spiramentu uisibile reddit ad mo-
dum nebule uel pulueris et ualet ad
bonu odorem oris. sic perfectus si fran-
gitur vituperacione uel iniuria corpo-
rali molestia uel media laboru frequus
uel quecuqz sibi accidunt aduersa semp
spirat visibiliter odorem deifice conuer-
sationis et emittit odorem dulcis cspo-
sitionis Per balsamu caritas perfecta
intelligitur que foras mittit timorem
et omne cum quo ipa stare non pt Bal-
samu enim purum et non adulteratum
corpora a corruptione conseruat sic
ubi caritas pura et perfecta ibi nulla
corruptio hominis interioris quia se-
cundum aug. habere omnia sacrameta
et malus esse quis pt habe aut cari-
tatem et malus esse non pt Ex ex istis
perfectorum aromatibus non fit vn-
guentu sine admixtione olei diuine dul-
cedinis que semp pdicta tria ornatur
quod oleum degustauerat ppheta cum
dicebat Quam magna multitudo dul-
cedinis tue domine et c. Et istud est vn-
guentu marie salome que fuit filia salo-
me uxor zebedei et mater iacobi maioris
et iohanis Per iacobum maiore intel-
ligitur totalis supplantatio uel morti-
ficatio hominis exterioris. per salome
intelligitur deifica conuersatio que no e
nisi in homine bene intra se pacificato
Per Johannem caritas intelligit' quia
erat p ceteris a xpo dilectus. s. per ze-
bedeum qui interpretatur fluxio intel-
ligi potest diuina dilectio qua talis aia

fluit et affluit delitiis intimis Itaqz que-
libet aia pro statu suo debet istas muli-
eres imitari et cum istis vnguentis ihe-
sum querere et vngere ut uidelicz in-
stanter primam faciat virilit' tepationes
sustineat pacifice ad proximu se habeat Is-
ta em tria faciunt apparere ihm et uiuu
sm statum suu ¶ Secundum bernhard
Moraliter per istas tres mulieres signif'
cuiusto quolibet mens lingua manus q
habent ualde preciosa vnguenta Mentis
vnguenta sunt tria contricio copassio et
deuotio Primu sz contritionis cofitatur ex
uilissimis speciebus sz ex peccatis que cres-
cunt in nro horto pprio Secundum sz con-
passionis conficitur ex amarissimis spe-
ciebus sz ex proximoru miseriis que cres-
cunt in horto alieno Terciu sz deuocionis
conficitur ex preciosis speciebus sz ex xpi
beneficiis que crescunt in horto domino
/ Lingue vnguenta sunt tria / oracio de-
uota confessio integra predicatio uera Pri'
sz orationis conficitur ex herbis que sut
intencio recta / attencio firma / affectio pi-
a Secundum scilicet cofessionis ex herbis
conficitur que sunt pudor comissi / dolor
amissi / timor supplicii Terciu sz predica-
onis conficitur ex herbis fidei instructio
morum informatio uiciorum increpatio
Manus vnguenta sunt vii misericor.
opa de quibus est iste uersus Colligo
poto cibo redimo tego visito condo Qui-
cunqz vult predicta aromata et vnguenta
habere oportet ea emere Ille em qui
emit dat de suo et accipit de alieno sic
in opibus uirtuosis oportet aliqd po-
nere de nro sz uoluntatem et aliquid
recipere a deo sz operandi facultatem
Vel a deo recipimus gratiam pueniente
de nro apponimus uoluntatem subsequen-
tem ¶ Quamuis ergo multe alie mu-
lieres dnm sequerentur iste tamen pre-

ipsius venerunt quia xpo plus obligate erant ex eo quod plura beneficia ab eo receperunt Maria enim magdalene multum xpo tenebatur quia ab ea vii demonia eiecerat Maria autem iacobi et similiter maria salome xpo multum tenebatur tum quia nepos carnalis erat / tum quia filios earum cardinales scilicet apostolos fecerat Sed mirum videtur quod beata virgo cum istis mulieribus ad monumentum non ivit sed domi remansit Cuius hoc autem possunt tres cause assignari Una quia mater sepulturam filii sui sine magno dolore videre non potuisset et maxime recenter sepulti Si enim sepulchrum filii vidisset quasi doloris gladius animam eius perforasset et satis probabile est quod si ire voluisset iohannes eius custos hoc non permisisset ymo ceteri apostoli dixissent iohanni nullo modo illuc eam ire permittas quia si ierit tantum ibi flebit et se macerabit quod fere se occidet Secunda causa est quia in parasceve et sabbato tantum fleverat et tantum se maceraverat quod etiam sustinere non posset Ut enim dicit bernhardus oportuit quod inter manus discipulorum tamquam semiviva de cruce ad domum propriam portaretur Unde augustinus Illa pia mater in tantum dolore eiulans et pectora delicata contundens ita viscera omnia fatigaverat et membra ut iam sensu deficiens vix potuisset ad funus xpi pervenire Tercia causa est quia predicte mulieres putabant corpus xpi adhuc in monumento esse et volebant prout antiquus consuetudo erat ipsum corpus inungere ut conservaretur a fetore et a vermium corrosione et ab incineratione Sed erant decepte quia corpus xpi erat deitate inbalsamatum et ideo si per decem milia annorum in terra iacuisset non potuisset putrefieri nec incinerari nec a vermibus corrodi

Beata autem virgo sciuit quod ibi non erat sed quod iam immortalis et incorruptibilis resurrexerat et ideo illuc ire nolebat sic nec poterat Namque ipsa ex quo unigenitum filium suum teneri flagellari et crucifigi vidit delicatis manibus delicata pectora et se nimio dolore vigiliis quoque et ieiuniis affligens iam viribus pariter et spiritu attenuata alicubi sola in secreto sedebat et de hiis que sibi acciderant calamitatibus lamentabatur et flebat ¶ Domina igitur orante et lacrimas dulciter emittente ecce subito venit dominus ihesus in albissimis vestibus glorie et nimis novitatis sue vultu sereno speciosus gloriosus et gaudens ac matri desolate et merenti totus festivus apparens At illa adorans et surgens cum lacrimis pre gaudio eum amplexabatur et tota acerbitas meroris in leticiam vertitur / Postea considentibus eis pariter curiose intuebatur eundem in vultu et cicatricibus per totum diligenter querens si omnis pena transisset et omnis dolor ab eo discessisset O quanto gaudio mater impletur cum ipsa natum impassibilem intuetur non solum inferni victorem sed et celo et terre omnique creature perhennem iure dominaturum Stant igitur et colloquuntur ad invicem gaudentes ac pascha delectabiliter et amanter ducentes Et narrat ei dominus ihesus qualiter populum suum liberavit de inferno et que fecit in illo triduo Fecere igitur hic magnum pascha

¶ De hac apparitione qua ante ceteros virginem gloriose apparuisse creditur nihil in ewangelio habetur sed ideo ipsam posui et ante alias premisi quia sic pium est credere prout in quadam legenda de resurrectione domini plenius continetur Dignum namque erat ut matrem pre ceteris visitaret et de resurrectione sua prius letificaret que pre ceteris plus dilexit eius amo-

vis deſiderio plus omnibus afficiebatur
plus de eius morte doluit plus dolore
afflicta eius r[esurrecti]o[n]em expectauit. Et licet
hoc ab ewangeliſtis ſubticeatur pie ta[men]
ſic creditur. Unde et romana eccl[es]ia hoc
approbare uidetur que ſtatim ip[s]a die apud
ſanctam mariam maiorem rome celebrat
ſtationem per hoc inuens beate marie
p[ri]mo factam apparitionem. Aliud enim
ſi ewangeliſte hoc non dicunt. Non enim
ut ait iohannes omnia eius facta ſcripta
ſunt. Nam ſi hoc ideo non creditur quia
nullus ewangeliſtarum teſtatur conſe-
quens eſt ut poſt r[esurrecti]o[n]em nunquam ſibi appa-
ruit quia ubi uel q[uando] nullus ewange[liſt]a
exſſerit. Sed abſit ut talem matrem ta-
lis filius tali et tanta negligentia de
honorauit. Sed ideo forſitan hoc ewange[liſte]
ſubtraxerunt quia eorum fuit officium
ſolummodo r[esurrecti]o[n]is teſtes inducere matre[m]
aut[em] ad teſtificandum pro filio eos i[n]duce[re]
non decuit. Si enim uerba extranearum
mulierum deliramenta ſunt uiſa q[uanto]
non magis matrem pro honore filii c[re]-
derent delirare. Hoc igitur ewange[liſte]
ſcribere noluerunt ſed pro conſtanti re-
liquerunt. Hoc etiam teſtatur ambroſi[us]
dicens. Vidit maria r[esurrecti]o[n]em domini et
p[ri]ma uidit et credidit. Vidit maria mag-
dalena q[uamu]is adhuc iſta nutaret. Unde
et an[ſelmus]. At ſi aliquis querit cur ewa[ngeliſte]
non referunt ip[su]m pi[iſ]ſimum dominum a
morte reſurgentem huic dulciſſime
matri ut eius dolores mitigaret p[ri]mo
ac precipue apparuiſſe dicimus q[uod] a quodam
ſapiente de hoc ip[s]o ſciſcitantes audiui[mus]
Dixit ergo. Tanta ſciatur eſſe auctoritas
narrationis ewangeliſte ut nichil i[n] ea
dependens uel inane uel ſuperfluum re-
periatur. Ita ſi matri ſue domine mundi
ip[s]e filius eius ab inferno reſurgens
ſcriberetur ſicut aliis apparuiſſe eam q[uo]

de ſua r[esurrecti]o[n]e docuiſſe quis non tale ſcriptu[m]
ſuperfluum duceret. Reginam uidelicet
celi et terre omnis q[ue] creature cognicet
illi uel illi quibus apparuit uiro uel
mulieri. Spiritus enim plene atq[ue] perfecte
in illa quieſcebat qui ſibi et eſſe illius
et omnia facta eius luce clarius reuela-
bat et ewange[liſte] ſcribent aut uel tunc illi
talem et talem ſemet exhibuiſſe hec au[guſtinus].
Unde et ſedulius. Semp[er] uirgo manens
huius ſe uiſibus aſtans luce palam d[omi]n[u]s
prius obtulit. Dicit etiam ignatius q[uod] p[rimo]
dominus apparuit matri ſue poſt r[esurrecti]o[n]em
et conſolabatur eam eo quo tanto r[e]pleta
fuit gaudio q[uod] oblita fuit omnis doloris
quem habuerat de ſua paſſione. Quod
ergo infra dicitur apparuiſſe p[ri]mo marie
magdalene intelligitur inter eos quib[us]
uoluit ſuam r[esurrecti]o[n]em probare. Matri enim
uirgini p[ri]mo o[mn]i[um] apparuit non ut r[esurrecti]o[n]e[m]
ſuam probaret ſed ut eam de uiſu ſuo letificaret.
O maria dei genitrix et uirgo gratioſa
omnium deſolatorum ad te clamantium
conſolatrix uera per illud magnum gaudi-
um quo conſolata es q[uando] cognouiſti filium
tuum ihesum xpm die tertia a mortuis in-
paſſibilem reſurrexiſſe ſis conſolatrix
anime mee et apud eundem tuum et dei
natum unigenitum in die nouiſſimo
q[uando] cum a[n]i[m]a et corpore ero reſurrecturus
et de ſingulis meis factis rationem reddittu-
rus me digneris iuuare q[uod] ſententie dampna-
tionis ſimiliter per te pia mater et uirgo
ualeam euadere et cum electis dei om[n]ib[us]
ad eterna gaudia feliciter peruenire. Amen.

Quomodo maria magdalena et alie marie
et Johannes uenit ad monumentum

Veſpere igitur ſabbati i[d est] noc-
te ſequente ſabbatum non
enim ueſperis quod principium
noctis eſt ſignificat nocte
ſed a parte totum et ideo mutat